Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26324
Copyright: Admont, Benediktinerstift



de hinc ad maiorem basilicam transfertur. conuentu interim R. de maiori uigilia canente. Dum
ad capellam funere portato stamus. priores et litterati prope altare. in ecclesia uero seniores uersus
ianuam. illitterati contra crucem consistunt. Soror dum obisse nunciatur. indifferenter
quodlibet tempus sit. omnia signa pulsantur. et dum expeditus a regulari ordine fuerit
conuentus. in capella aggregatur. et pro defuncta continuatim solita psalmodia recitatur.
Cum ex ordine psalterium decantamus. pater noster cum oratione post x. psalmos interponimus.
Ante priorem missam cum cruce et candelabris et thuribulo ad monasterium sororum proce-
dimus et corpus sepeliendum incenso, cum benedicta aqua adhibito leuamus. et ad nostram
ecclesiam deferimus. seniorib[us] utraque uice postremis in processione euntib[us]. In exitu post mo-
ad dominum cum trib[us]. in reditu de maiori defunctorum officio R. cantamus. A pascha
per estatem usque ad ipsum octauum pronona in claustro silentium tenemus. et ab idibus predictis
hibernio tempore post vi. ante missam non loquimur. In aduentu domini. ii. iiii. vi. fratres et in ipsa na-
tali domini uigilia quecumque die occurrerint. loquendi tempus recidimus. Et xlma continuum ser-
uamus silentium. In secundo die pentecostes. vii. lucernas accendimus ad tertiam.
In sollempnitatibus que infra xlmam ueniunt ad priorem missam festiue canenda
non armari sed priores septimane regit ebdomadarius. Pulsatio signorum
maximorum inter sequentias omittitur. inter processiones uero rogationum
impossibilis ob paucitatem domi remanentium apud nos uidetur. In sabbato
quod lxxmam precedit auctoritate romana ad nonam alla sepelimus. huius licet exequias.
ut mos ille custodiatur quo semper futurae diei celebritas ab antecedente uespera inchoatur.
Quia per autumnum et deinceps usque ad pascha omni die preter dominicas semel re-
ficimus et in octauis natalis domini et epifanie fleotomati et infirmi pueri sunt
infra missam sed inter loquendum ante tertiam comedunt. Quod et aliis ieiunii diebus ante vi.
excepta xlma consuete faciunt. Generale mandatum nunquam nisi in
feria v. de sabbato haberi oportet.